



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annotationes Ioannis Bugenhagij Pomerani in decem epistolas Pauli

Bugenhagen, Johannes

Basileae, 1524

VD16 B 9232

Capvt IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36165

ANNOT. IOANNIS POMERANI
ut uos stetis in fide, afflictiones meas nihil moror &c.

Dirigat uiam nostram ad uos.

Scilicet, uelit nolit satanas, bonæ & piæ nostræ intentiones, ut uocant, nihil sunt, sicut nec Pauli aliquid fuerunt. Orandus autem est dominus, ut dirigat omnia nostra, ne lumen quod in nobis est, tenebræ sint & hoc orandus, ut fiat uoluntas eius, &c.

Coram deo.

Non uult hypocrisin, sed dei iustitiam esse in nobis, quæ etiã pro iustitia tunc acceptetur, quando uenerit ad iudicium Christus cum omnibus sanctis, &c.

CAPVT IIII.

Admonet eos de omnibus quæ docuerat, ut sic ambulent, quo abundant magis: id est crescãt ex fide in fidem. In primis admonet, ut sancti simus etiam corpore: atque id esse uoluntatem dei, sicut & Rho. 12. dicitur: Obsecro uos, ut exhibeatis corpore uestra &c. Libidinis enim mala horrende saepe damnauit deus: ut in diluuiò, in perditione Zodomorũ, in uindicato scelere Beniamitarum, Iud. 19. Gentium quæ deũ ignorant sunt istæ abominationes, sicut uidet ad Rho. 1. Christiani autẽ uas suũ, id est corpus suũ, possident cũ sanctificatione, non cũ adfectu concupiscentiæ, tantũ ut quisq; metiatur uires suas, ne incidat in turpitu-

IN EPI. PAULI AD THES. I. 57

in turpitudines gentiū, & consulat sibi matrimonio,
 sicut Paulus docet 1. ad Corinth. 7. & ad Hebr. 13.
 Honorabile connubium in omnibus, & torus immacu-
 latus. Fornicatores enim & adulteros iudicabit deus.
 Neq; hic sanctificatio cadet, modò cogites te secundū
 deū uxore habere, non meretricē. Est enim dei creatu-
 ra bona, qua uti licet secundū dei creationē & iustificati-
 onē: ut uides in Paulo, qui ut & aliās, ita maxime
 damnat carnis immūdicem, 1. ad Cor. 6. Nō enim (ut
 hic ait) deus uocauit nos immūdicie causa, sed ad san-
 ctificationē. Hoc non est pro immūdis illis porcis, qui
 audiētes libertatē spiritus, quā soli norūt spirituales,
 ad libertatē carnis uersi, putāt sibi licere quiduis. *Contra li-*
bertatem
 tra Petrum, 1. Petri 2. Quasi, inquit, liberi, & nō quas-
 si habentes uelamen malitię libertatem, sed sicut serui
 dei. Et contra Paulum, qui dicit Gal. 5. In libertatem
 uocati estis, tantum non libertatem detis in occasione
 carni. Qua uero authoritate hęc præcipiat, licet qd'
 ad se attinet, euangelistarum more obsecrare tantum
 uidetur. subdit: Proinde qui reijcit hęc, non hominem
 reijcit, sed deum. Nam dixi uoluntatem dei esse sancti-
 ficationem uestram, qui dedit spiritum sanctū suum in
 uos, ut non cōtaminetis uasa, in quibus talis hospes, o-
 mnis mūdicię author inhabitat, 1. ad Corin. 3. & 6.

Ne quis supergrediatur, neq;
 circumueniat.

b

ANNOT. IOANNIS POMERANI

περὶ γὰρ, quodcumq; negocium, rem uel causam significat, ad qd' in primis refero hic ad id, ne quis fraudem faciat cōiugio alterius. Hoc enim cōtextus uidetur requirere. Dēinde ad omnia alia negotia, ne facias fratri quod tibi nō uis fieri. Si non uis abstinere amore fratris, id quod in Christianis spiritus fidei postulat, abstine uel metu iudicij dei, quia deus talia ulciscetur.

Cæterum de fraterna charitate.

Hic uides quod in principio epistole dixit, Propter opus fidei ac laborē charitatis. Vnde sicut ca. 1. dixit, nō opus esse ut scribat eis de fide, sic hic dicit, non opus esse ut scribat eis de charitate, quæ fidei fructus est. Causam addit, quod docti sint à deo, ut supra dictum. Tantū obsecrat, ut abūdent magis: id est, crescāt in fide & charitate, quæ nunquā perfecta sunt in hac uita: habēt enim semper in quo crescāt p̄ dominū Iesum.

Incumbatis.

*In ociosos
religiosos.* Quasi omnibus scribens, notat quosdā inter eos esse, sicut hodie serè ubiq; sunt, qui quasi religiosi, & dei cultores ociū sequuntur, uolentes aliorū bonis nutrirī, quasi hoc eis pro dei, quod fingunt, seruitio debeatur: cum nulli debeatur uictus etiā aliorū labore, nisi doctoribus, id est uerbi dei ministris: sicut supra dictū. Verum ista apertius dicit Paulus in sequenti epistola, cap. 3. Tales per hoc erant scandalo, etiam gentibus

incredulis. iubet ergo, ut quieti labore manuum uiuant, ut non sint indigentes, & pretextu paupertatis & religionis ex aliorum operibus uiuere querant.

Cæterum nolo uos ignorare.

Lugere non uult eos de ijs, qui mortui sunt in Christo: id quod forte faciebant, alioqui talia non scriberet. Ridendum enim erat incredulis, quod mortuos plorarent, qui resurrectionem predicabant. Et præterea non satis Christianum hoc uidebatur. Qui enim sic lugebant, de spe resurrectionis dubitare uidebantur, quos confirmans dicit: Sicut Christus mortuus est & resurrexit, ita nos qui in Christo morimur, resurgemus. Hac quoque ratione utitur, 1. ad Corin. 15. Si, inquit, Christus predicatur, quod resurrexit à mortuis, &c. Vbi lege plura de resurrectione, unde ad Philip. 3. E cælis saluatorem expectamus, &c.

Non lugendum mortuos.

Hoc uobis dicimus.

Mysterium aperit in uerbo domini, sicut prophetae solent, subinde dicentes, hæc dicit dominus. Est autem mysterium hoc, quod forte Thessalonicenses scire uolebant, quod ueniente Christo ad iudicium, uiui adhuc homines uita animali, sicut nunc sunt, reperiuntur: id quod etiam habet Euang. Lu. 17. Sicut, inquit, in diebus Noë, etc. Atque hic euanescit illa fabula, in qua docet omnes homines ante diem iudicij esse mortuos, ut non

Fabula 15. signorum ante diem iudicij.

ANNOT. IOANNIS POMERANI

dicam, quàm ridicule in tali fabula abutantur quibusdã scripturæ locis. Cur enim nõ uident quod in symbolo apostolorum confitentur, Christum iudicaturũ uiuos & mortuos? ubi non oportet interpretari iustos & iniustos, quia uulgo hoc symbolon traditum, simpliciter & nulla allegoria est intelligendum. Præterea & hoc reuelat siue prædicit, quod uiui non præueniẽt mortuos: sed qui mortui sunt, primum resuscitantur: & sic simul & uiui, & qui mortui erãt, hoc est omnes qui Christi sunt, rapiuntur obuiam Christo in aëra. De resurrectione enim solum iustorum hic loquitur Paulus, sicut & I. Corin. 15. Vbi hoc quoq; mysteriũ aperit, quod qui uiui reperientur (quia animalis uita æternitatem possidere non potest) in illo raptu subito immutabuntur, & fiet corpus spirituale quod erat animale. Ecce, inquit, mysterium uobis dico &c. Vbi ueterem translationem non esse ueram, non solum arguit quod contraria est ijs quæ hic dicuntur, sed etiam ipse ordo, & mala atq; inepta uerborum cohærentia, & inepta sententia. Quid enim est, Non omnes immutabimur in momento? &c.

Quoniam ipse dominus.

Sic in scripturis describitur aduentus domini, quasi in prælium descendat rex aliquis ad debellandum rebelles, & exaltandũ obedientes. Vnde hic archangelũ nominat quasi ducẽ exercitus, & hortatũ & tubam.

IN EPI. PAULI AD THES. I. 59

Et Matth. 24. Signum siue uexillum filij hominis in caelo, exercitum multum et maiestatem. Hunc uero hortatum, et uocem archangeli, et tubam dei, intelligo uocem filij dei, cuius uerbo et potetia mortui resurgent, et conformabuntur corpora nostra nunc uilia corpori claritatis suae, sicut dicitur ad Philip. 3. Sic enim ipse ait Ioan. 5. Venit hora, in qua omnes qui in monumento sunt, audient uocem filij dei, etc.

CAPVT V.

Die domini ubique scriptura dicit inopinante uenturum, quem incertum uoluit esse, ut semper essemus parati in occursum eius, Lu. 12. Sicut incertus est dies obitus nostri, in quo uenit dominus ad singulos, sic tunc ad omnes uenturus est: et sicut in obitu inuenimur, ita seruamur usque ad diem illum. Sicut audistis supra, qui dormierunt per Iesum, adducendos cum Iesu per deum. Et cum supra nihil dixerit de resurrectione impiorum, hic dicit repentinum eis superuenturum interitum, et dolorem non interiturum. Sicut et Prouerb. 1. dicitur, Veniet autem talia super eos, dum maxime securi sunt: sicut dominus dicit Matth. 24. Sicut in diebus Noe etc. Sicut et diuiti auaro contigit, cui dictum est Lu. 12. Stulte, hac nocte repetent animam, etc. et haec contingent eis, quia tenebrarum filij et noctis, lucem ignorant Christi: et idcirco dor